



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

Cap. I. De Fine hominis vltimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066



EXAMEN RRIMUM,

Circa materiam de Fine ultimo, &
Beatitudine.

CAPVT PRIMVM.

De Fine hominis ultimo.



1. *V*ANDONAM actiones humana dicuntur esse propter finem? Quando humano modo operatur. Nil autem aliud est, actionem aliquam esse propter finem, quàm eam effici ex bonitatis ipsius cognitione, vel finis allicientis voluntatem ad operandum: vnde tam intentio finis, quàm electio mediij dicitur esse propter finem.

2. *E*st ne proprium hominis agere propter finem, ita vt ad finem ipse sese excites, ac impellat? Ita planè; bruta enim etsi finem agnoscant quodammodo materialiter, non tamen formaliter agnoscendo rationem finis, & boni, quæ conuenientiam quandam importat. Hinc humana actio suam speciem desumit à fine.

3. *D*atur ne singularum actionum ultimus finis? Datur quidem secundum quid, ultra quem alius absolutè & simpliciter ultimus datur, isque tantum vnus est, ob quem alia omnia ab homine appetuntur.

4. *E*st ne hic idem cum ultimo fine creaturarum? Maximè, si de re, quæ finis est, sermonem habeamus; si autem de consecutione eius, idem non est; cum homines cognoscendo, amandoque Deum finem consequantur, aliæ verò creaturæ variis modis iuxta variam eius participationem Deum manifestando: vnde absolutè loquendo eundem non esse dicendum finem affirmo.

CAPVT II.

De Beatitudine.

*V*binam posita est Beatitudo formalis, & obiectiua? Hæc quidem in solo Deo, illa in hominis actione consistit, eaque